

Universitätsbibliothek Wuppertal

Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

Evgraphi commentvm continens

Donatus, Aelius

Lipsiae, 1908

Prologus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1594](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1594)

HECYRA

PROLOGVS

Non omnes comoediae Terenti a Menandro uidentur esse translatae, nam haec quae Hecyra est alterum Graecum habet auctorem. quis ille sit habetur incertum: alii <****, alii> Apollodorum uolunt. nunc autem quid ipsa contineat explicabimus. cuius inducitur prologus duplex, 5 propterea quia frequenter exclusa est, ut intelligi detur primam prologi partem antea dictam, posteriorem nunc esse sociatam. consuetudo quidem, sicut in omnibus diximus, prologorum semper est haec: poetam commendare, argumentum dicere, audientiam postulare. uerum cum causa 10 exordii semper ita sit, ut suspicio non recta uel crimen, quod possit opinioni obesse, in principio defendatur, est hic purgandum, quod frequenter exclusa est: uidetur enim quoddam esse praeiudicium, quod haec comoedia placere non possit. defenditur autem causae deriuatione per con- 15 iecturalem statum: non enim uidetur, quia mala est, exclusa, sed quia populus uel in funambulo animum occupauerat — et hoc ad id, quod semel exclusa est — uel quia, <cum> rumor esset datum iri gladiatores, populus conuolauit cum tumultu et furuit de loco certaminis — 20

4 *lac. sign. W.*; multi *pro alii Schoell* || 5 quid autem nunc *codd., transp. Schoell* || 6 intelligi detur *W.*: intelligi (-gitur α) uidetur (-deatur *F*) *codd.* || 8 sicut *om. \alpha* || 9 est semper *AG* | poetam <populo> *F* || 10 audientiam *Lindenbr.*: ea (e *F*, ae *P*, *om. BV*) audientibus *codd.* || 14 quiddam α || 17 uel] et *G* | occuparit *B*, -uerit *P* || 18 ad id *G*, addit *rell.* | est] sit *AFP* | uel] et *G* || 19 cum *add. Karsten* || 20 furuit (f ut *F*, exfuruit *P*) | i. e. cum furore pugnavit, *cf. Ter.* | de ante furuit *V*, *om. B* | certamen *FPV*, *om B*

hoc ad id pertinet, quod iterum uidetur exclusa. ita in omnibus exclusionibus per causae mutationem defensio com parata est. nunc iam uerba tractemus.

I.

- 1 Graecum nomen **1** HECYRA Latine socrus dicitur. apposuit igitur ad <faciendos> dociles auditores primum ⁵ nomen. deinde proponit quaestionem simul cum <con>questione, cum dicit HAEC CVM DATA EST NOVA NOVVM INTERVENIT VITIVM ET CALAMITAS VT NEQVE SPECTARI NEQVE COGNOSCI POTVERIT: in quo defensio est magna, cum non dixit spectatam et cognitam et sic repudiatam, ¹⁰ sed 'cum data est <noua>', unde est conquestio, quod quaedam calamitas sit non cognitam repudiari. deinde conclu-
⁴ sio eiusdem causae **4** ITA POPVLVS STVDIO STVPIDVS IN
⁵ FVNAMBULO ANIMVM OCCVPARAT. — **5** NVNC HAEC PLANE
⁶ fuit, tamquam noua redit. — **6** ET IS QVI SCRIPSIT HANC
 OB EAM REM NOLVIT ITERVM REFERRE VT ITERVM POSSIT VEN-
 DERE ne obiceretur 'cur <non> eadem repetita actio est
 post funambulium, si propter funambulium uidetur exclusa?',
 adiecta causa est 'quoniam Terentius referri eam noluit, ²⁰
⁸ ut possit iterum uendere'. — **8** ALIAS COGNOSTIS EIVS
 QVAESO HANC COGNOSCITE optime admonuit, ut de prae-
 teritis poetam probatum doceret, quo facilius posset scire
 populus et hanc eius comoediam posse similiter comprobari.

II.

- 9 **1** ORATOR AD VOS VENIO ORNATV PROLOGI SINITE ²⁵
 EXORATOR SIM alius est hic prologus, <alius> superior, qui

3 est *G*, om. *rell.* | iam om. *BV* || 5 faciendos *add. Faern.* |
 auctores α || 6 conquestione *Schopen* || 10 nunc dicit *BV* | et
 sic — 12 cognitam om. *BV* || 11 noua *add. Schopen* | est *post*
 questio (*sic*) *G*, om. *AF* || 12 repudiare α || 13 studio populus α ||
 15 otium *Schopen*: initium *codd.* || 16 is] hic α || 17 posset α ||
 18 non *Faern.*, qui eadem (eodem α) om. || 20 est] et *F* α | re-
 ferre *B* *edd.* || 21 cognoscitis α || 23 pdatum *P*, datum *BV* ||
 24 comoediam eius *AG* | comparari *codd.*, *corr. Schopen* ||
 25 ueniam α || 26 alius *add. W.*

- fuit superioris exclusionis; hic uero propter eam exclusionem <est>, quae facta est tumultu conuenientis populi propter
 10 spectandos gladiatores. — **2** SINITE EXORATOR SIM sinite,
 11 inquit, hoc quod oro impetrem. — **3** QVO IURE SVM VSVS
 ADVLESCENTIOR hic prologus dicitur ab Ambiuio Turpione, 5
 qui iam senex fuerat in Heautontimorumenio (*prol. 43*). petit
 ergo, uti pari modo utatur senex beniuolentia populi, qua
 12 et adulescens. — **4** NOVAS QVI EXACTAS FECI VT INVETE-
 RASCERENT qui labore meo nouas comoedias exclusas ad
 14 populi aures reuocaui et ueteres esse feci. — **6** QVAS PRI- 10
 MVM CAECILI DIDICI NOVAS comoediarum scriptor Caecilius
 fuit. ergo Ambiuuius laboris sui exemplum profert de altero
 auctore, qui populo placuerit, et ostendit populi quodam-
 modo rem et scaenae dubiam fortunam esse, ubi comoedia
 17 aliquotiens excludatur. — **9** SPE INCERTA CERTVM MIHI 15
 LABOREM SVSTVLI hic se commendat, quo facilius impetret
 quod desiderat: 'laborem certissimum sustuli, cum ad
 20 placendum spes esset incerta'. — **12** VBI SVNT COGNITAE
 PLACITAE SVNT uides a simili quemadmodum hic argumen-
 tum ad coniecturam fecerit, siquidem 'illae Caecilii comoe- 20
 diae, quae exclusae sunt, quia ante erant incognitae,
 posteaquam meo labore cognitae sunt, placere coeperunt:
 ergo et istae placebunt sine dubio, si cognoscantur'. —
 29 **21** QVAM MIHI PER SILENTIVM NVMQVAM AGERE LICITVM EST
 hic iam comparatione a simili ducta et terminata ad pri- 25
 mam quaestionem redit docetque, quod sit frequenter ex-
 clusus non suo uitio neque iudicio de comoedia. petit
 igitur, audientiam ut populus praebeat, et ponit hic ipsam
 duplicem exclusionis causam. nam primam sic collocat
 33 **25** CVM PRIMVM EAM AGERE COEPI PVGILVM GLORIA FVNAM- 30
 BVLI EODEM ACCESSIT EXSPECTATIO; deinde actionem alte-

2 est *add. W.* | quae facta est *om. BV* | est *om. P* || 3 <siem
 uel> *sim codd.* || 4 hoc *om. α* || 6 <qui est> in *AG α*; *fort.* ut
 est in || 7 qua] quia *A*, q' *G* || 8 et *om. G* || 9 <uel> qui *A* ||
 10 aures populi *AG* || 14 et *om. G* | fortunam *om. AG* | ubi *W.*:
 uti *codd.* || 20 ad] et *α* || 23 si] cum *B*, *om. PV* | cognoscantur
 β *P*, -untur *V* || 25 ducta *P*, dicta *rell.*

- 37 ram sic memorat **29** VETERE IN NOVA COEPI VTI CONSVETVDINE IN EXPERIENDO VT ESSEM REFERO DENVO hoc est ut iterum temptarem. deinde adiecit, quod utile fuerat
- 39 ad comoediae iudicium **31** PRIMO ACTV PLACEO. supponit causam, cur exclusus est CVM INTEREA RVMOR VENIT DATVM IRI GLADIATORES POPVLVS CONVOLAT TVMVLTVANTVR CLAMANT PVGNANT DE LOCO. declarata causa redit ad officium
- 43 prologi petens audientiam. — **35** NVNC TVRBA NON EST OTIVM ET SILENTIVM EST sublatae sunt causae, quibus sum frequenter exclusus: ad audiendum operam date. —
- 44 **36** NOLITE SINERE PER VOS ARTEM MVVICAM RECIDERE AD PAVCOS date potius operam, ut faueatis comoediam scribentibus, ne ars musica ad paucos reuertatur, si aliquos
- 47 excludatis, ut ne comoediam scribant. — **39** FACITE VT VESTRA AVCTORITAS MEAE AVCTORITATI ADIVTRIX FAVTRIXQUE SIT uos comoedias cum libenter audire coeperitis, erit studium scriptoribus maximum, unde mea ad agendum crescet auctoritas, siquidem multi per me placebunt. et commendat se, quod numquam pretium statuerit artis suae maximum, ut auarus uideretur, et quod maximum ipsum
- 52 quaestum putauerit semper populo placere. — **44** QVI IN TVTELAM MEAM STVDIVM SVVM ET SE IN VESTRAM COMMISIT FIDEM existimatio etenim poetae quodammodo actori commendata est. — **47** MEA CAUSA CAUSAM ACCIPITE AC DATE SILENTIVM scit se optime meritum esse et quam frequenter populo placuerit, et idcirco et propter se, dicit audientiam esse comoediae dandam.

1 commemorat *F* || 2 hoc — temptarem *post* DENVO *codd.*; *fort. secl.* || 5 est] sit? || 8 non] nulla *AG* (*recte?*) || 9 est] et α <ibi (sibi αF)> sublatae *codd.* || 13 <et> si *B* || aliquid α || 14 ut ne] ne *F*, *om.* α || 15 fautrix adiutrixque *Ter.* || 18 crescet *B*, -it *rell.* || 19 statuerit *W.* (*cf.* putauerit): statuit *codd.* || 20 maxime *F* α ; *fort.* ipse *scrib.*, ut e *ol.* fuerit *sser.* || 23 actori *Schopen:* auct- *codd.* || 24 causam <hanc> *AGB* (*recte?*), hanc *F* || 25 optimum meritum *GV*, optimi meriti *PB* || 26 et 2. *om.* *AGB* || 27 <uel> comoediae *FPV* | dandam <uel commodandam> *F*